



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Cap. II. De Paupertate, Castitate, & Obedientia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

CAPUT II.

De Paupertate, Castitate, & Obedientia.

Harum trium Virtutum Voto promissarum obligationes, respondentes Scholarium, Professorum, & Coadjutorum classibus, suis quæque locis leguntur: hic tamen explicanda supersunt, quæ toti Societati communia, ad earum Virtutum, non modò obligationes implendas, sed & perfectionem acquirendam, decreta sunt.

SECTIO I.

De Paupertate.

1. Quia Paupertas veluti propugnaculum est Religionibus; ut eas in statu suo, & disciplina conservet; unde etiam Dæmon enititur illud variis rationibus evertere; propterea diligenda, & in sua puritate conservanda est, quantum divina gratia aspirante fieri poterit.

Paupertas, Religionis Propugnaculum.

a P. 6. c. 2. §. 1. & P. 10 § 5. & C. 11. D. 13.

2. Intelligent omnes, eam quantitatem, quæ satis esset ad constituendum peccatum mortale furti, si surriperetur, sufficere; ut

Qua materia gravis contra hanc Virtutem.

Q4

pec-

bC. 5. D. 50. §.
4. & D. 59. &
Or. c. 4. §. 10.
cC. 5. D. 51. &
Or. c. 5.

*Prohibetur etiā
graviter com-
pensatio pro Mi-
nisteriis.*

d Jul. III. p. 61.
& Ex. c. 1. §. 3.
& c. 4. §. 27. &
P. 4. c. 7 §. 3. &
c. 15. §. 4. & c.
17. F. & P. 6. c.
2. §. 7. & G. &
P. 7. c. 4. §. 4. B.
& P. 10. §. 5.

e C. 5. D. 29.

f C. 12. D. 39.

peccasse adversus Votum Paupertatis judi-
cetur, qui è Nostris rem, ut propriam,
vel usurpet, vel alienet, absque Superioris
facultate. *b* Idque peccatum est in Socie-
tate reservatum. *c*

3. Gratis dare debemus, quæ gratis
accepimus; nec postulando, nec admit-
tendo stipendium, vel eleemosynas ul-
las, quibus Mistæ, vel Confessiones, vel
Prædicationes, vel Lectiones, vel quod-
vis aliud officium nostri Instituti compen-
sari videatur. *d* De qua prohibitionem acci-
piendi stipendia pro Ministeriis, in Con-
stitutionibus inculcata, cum dubitatum
fuiſſet; an ea induceret obligationem, vi
Voti Paupertatis; an Constitutionis tan-
tùm: nihil in alterutram partem placuit
definire; sed exactissimâ ejus legis obser-
vatio, tanquam necessaria omnibus com-
mendata; prohibitumque, ne ullus Super-
rior, ac ne ipse quidem Præpositus Gene-
ralis in ea dispenſet. *e* Declaratum præte-
rea, nullius Superioris super ea re, vel
licentiam; vel dispensationem, seu lici-
tam, seu validam esse. *f* Quæ igitur sic
donantur, ut conjectura sit id fieri intuitu
Ministerii, non sunt admittenda; donec
donantes planè intelligant, accipi non pos-
se, nisi nomine eleemosynæ, & secluso
omni

omni alio respectu : atque hoc eodem modo ipsi quoque largiantur. §

4. Quin, ut omnis avaritiæ species evitetur, præcipuè in piis Ministeriis, nulla statuatur in Ecclesia Arca pro eleëmofynis, seu in nostram, seu in aliorum utilitatem. *h* Eadem de causa munuscula Magnatibus, ad res majores obtinendas, ne offerantur. Parati verò Nostri sint ad mendicandum ostiatim; quando vel obedientia, vel necessitas id exiget. *l* In eleëmofynis tamen petendis modus adhibendus est; ne nimii, aut importuni sint; *m* sed illas simpliciter, amore Domini nostri, petent. Præcipiturque universis, ne ulli Externo suadeant, ut Nostri potius, quàm aliis pauperibus eas erogent, contenti nostras necessitates explicare; definitionem autem devotioni elargiri volentium relinquunt. *n* Atque ut hoc in genere omnibus periculis occurratur, interdicitur Omnibus Legatorum confidentialium executionem acceptare, ea planè ratione, qua in Constitutionibus Testamentorum executio prohibetur. *o*

5. Non ferendum, ut à Parentibus, cognatis, amicis, poenitentibus devotis, etiamsi Principes Viri sint, quidquam petatur, aut accipiatur, ad proprium usum,

g C. 12. D. 40.
& Or. c. 1. §. 14.

Bleëmofyna
quatenus petenda.

h P. 6. c. 2. §. 8.
& C. 2. D. 78.

i P. 6. c. 2. §. 9.

l Ex. c. 4. §. 27.
& P. 4. c. 2. §. 6.
& P. 6. c. 2. §. 10.

m Or. c. 4. §. 8.

n P. 6. c. 2. §. 6.
& §. 10. & C. 2. D. 56.

o C. 12. D. 38.

Nulla admittenda ad usum particularem.

ac

p P. 4. c. 15. §. 4.
& C. 6. D. 21. &
C. 12. D. 43. &
R. Prov. 90. &
R. Præp. 64. &
ReA. 60. & Or.

C. 4. §. 9. & In.

I. §. 6. & In.

15. C. 1. §. 1. 2.

Ædificiorum

moderatio.

q C. 1. D. 113.

Species negotia-
tionis vitanda.

r C. 2. D. 61. &

C. 7. D. 84.

Vita communis.

ac dispositionem : nec ad id Superiores potestatem facere possunt Quod si sponte aliquid offeratur , mittatur-ve , id juxta Regulam , in communem usum accipiatur , & dispensetur. p

6. Ædificia Domorum , & Collegiorum sint quidem ad habitandum utilia , sana & fortia , sed modus imponendus , quod in nobis est , ne sint sumptuosa , & curiosa ; & videantur Palatia Nobilium De Ecclesiis nihil statutum est q

7. Omnia , quæ speciem habent secularis negotiationis prohibentur ; qualia sunt : conducere agros alienos ad quæstum faciendum : emere aliqua , ut nostrâ postea industriâ cariùs vendantur. Nostrorum impressos Libros , lucro damno-ve nostro dividendos accipere , suppeditatis Typographiæ sumptibus : Typographiam in Collegiis habere ; in qua Externis Libri excusdivendantur ; atque alia , quæ sigillatim numerari non possunt. r

8. In his , quæ pertinent ad Victum , Vestitum , cubiculique supellectilem ; & alia Vitæ communi necessaria , Uniformitas tam Superiorum cum Inferioribus , quàm Inferiorum inter se , omnino retinenda : eaque omnia teneantur Superiores suppeditare. Quod in Scholasticis , qui externo

terno scriptore indigent, sigillatim commendatum est. Nulli degant in Domibus, vel Collegiis, hoc solo nomine, quod solvant quantum necesse est ad ipsorum sustentationem.

9. Ceterum vestitus sit honestus, non recedens ab usu regionis, & conveniens professioni Paupertatis, qualis non esset; si fericis, vel pretiosis pannis uteremur. Vitus etiam, & reliqua corpori necessaria usurpantur ex consilio Medici, habita ratione Humilitatis, & Paupertatis, & servata proportione virium in diversis Personis; quæ non semper sanitate corporis, & ætate ad eam convenienti pollent.

10. Nemo pecuniam apud se habeat; apud alium verò, neque pecuniam, nec quidquam aliud. Si tamen aliquando concederetur (quod rarò tantum, justaque ob causas, junioribus præsertim, & Coadjutoribus permittendum) ut pecuniam quis haberet: ea apud ipsum totius Domus Superiorem deponi debet. Nemo autem potest habere pecuniam depositam, vel apud alium, penes quem ejus dominium remaneat; vel apud se, ita ut dominium spectet ad alium; illaque, annuente Superiore, uti: nam in tali casu concessa facultas nulla, atque irrita, declarata est.

II. Li-

P. 6. c. 2. §. 11.
& R. Dispens.
1. & Præf. Ref.
8. & Coqui. 5.
& C. 12. D. 43.
& In. 1. §. 4. &

6.
C. 8. D. 39.
*Qua norma
Vestitus, victus.*

P. 6. c. 2. §. 15.
16. & L. M. &
R. Disp. 1. &
Præf. Ref. 8.

*Deposita pecu-
niarum.*

x Ex. c. 4. §. 4.
& P. 6. c. 2. §.
11 & R. com. 7.

y C. 12. D. 42.

z. C. 12. D. 41.

*Libri privati
interdicuntur.*

11. Libros nemo habeat sine facultate: in
iis verò, quibus uti licet, nec notam ullam
imprimat, nec scribat quidquam; & si
aliquos habet, sibi peculiariter commoda-
tos, non scribat in eis *ad usum* &c. sed po-
tius nomen Collegii, vel Domus, cui sunt
applicati. Nec ex uno in aliud Collegium
asportandi erunt, exceptis aliquibus pau-
cis, & quotidiani usus libellis; qui com-
muniter à Superioribus cuicumque conce-
duntur. *a*

a P. 4. c. 6. G &
Reg. com. 8.
& Or. c. 4. §.
15. & In. 1 §. 8.

*Et regula pre-
tiosa, sive super-
vacanea.*

b C. 7. D. 80. §.
4. & In. 13. c. 5.
§. 3. & Or. c. 3.
§. 14.

c C. 7. D. 80. §.
3. & R. Cult.
vest. 5. & In. 1.
§. 5. & In. 14.
§. 2.

d P. 4. c. 10. §.
5. & D. & R.
com. 11.

*Facultates pe-
renda, & rara
sunt ad munus-
cula.*

12. Nulla ratione permittatur, ut Nostri
apud se habeant, secumque ferant quædam
pauperibus non convenientia: ut sunt ho-
logia rotata, & affabrè facta, imagi-
nes multi valoris, reliquiaria curiosa & pre-
tiosa, quæ aurei unius valorem excedant,
aliaque id genus. *b* In Nostrorum etiam
cubiculis non detineantur duplices vestes,
instrumenta itinerum, & similia, quæ in
usu non sunt. Visitentur propterea cubi-
cula singulis mensibus; ut hæc superflua
apud Custodem vestium conserventur. *c*
Nemo autem ita cubiculum suum claudat;
quin aperiri extrinsecus possit: aut arcam,
seu quidquam aliud habeat obseratum,
absque Superioris facultate. *d*

13. Nemo rem ullam ex Domo, vel ex
alterius cubiculo sibi usurpet: aut ab Ex-
terno,

terno, quovis modo, sibi, aut alii acci-
piat, sine licentia Superioris. *c* Usus vero
accipiendi, mittendique pia munuscula,
& similia, etiam cum facultate, corri-
gendus videtur: nec tam faciles se Supe-
riores exhibeant in facienda hujusmodi po-
testate præsertim generali. *f*

14. Nostri itinera pedites conficiant; &
in dispensando ut equo utantur, solius ne-
cessitatis, sive personæ, sive negotiorum,
habenda ratio. *g* Iisdem verò ut necessario
viatico providendum est, ita non permitten-
da pecunia, undecumque demum corro-
gata sit, ad superflua coëmenda. *h* Com-
mendatur autem Superioribus, ne, dum
paupertatis amantes videri volunt, caritas
ipsa lædatur; & occasio detur aliquid pa-
trandi, quod proprietatem sapiat. Quare
Provinciales curent enixè; ut impensis
Provinciæ peculiaris quispiam locus sit,
ubi instrumenta ad iter agendum asserven-
tur. *i*

15. Demum Superiores vigilant; ne quid
in Societatem introducatur; quod huic
Paupertatis perfectioni adversetur, & pro-
prietatem sapiat. Ad quod juverit, si neces-
saria à Societate provideantur; & tum Su-
periores, tum graviores Patres omnibus
exemplo præluceant. *l* Omnes verò dili-
gant

e P. 3. c. 1. §. 8.
& R. com. 9.

f In. 13. c. 1. §.
3.

*Itineris agendi
ratio.*

g C. 3. D. 37. &
R. Prov. 115.

h Or. c. 4. §. 13.
& In. 1. §. 3.

i In. 14. §. 2.

*Quid in uni-
versum Superio-
res, quid omnes
præstare de-
beant.*

l In. 1. §. 4.

gant Paupertatem, ut Matrem, sui que victus, vestitus, & lecti rationem noverint fore, ut pauperibus accommodatam; quodque vilissima, quæ domi sunt, iis tribuentur. Equum est enim; ut cum primis Societatis Patribus, qui huiusmodi indigentiam toleraverunt, una mensura servetur ab omnibus, vel etiam ulterius quàm illi progressi sunt, posteri progrediantur. Immo suis temporibus aliquos paupertatis effectus experiri convenit; quod Superior curabit, juxta mensuram tamen sanctæ discretionis.

m P. 3. c. 1. §. 25. & V. & Ex. C. 4. §. 26.

SECTIO II.

De Castitate.

Necessitas perfecta Castitatis in Societate.

m P. 6. c. 1. §. 1.

Cl. c. 5. init.

I. Quæ ad Votum Castitatis pertinent, interpretatione non indigent; cum constet, quàm sit perfectè observanda; nempe enitendo Angelicam puritatem imitari, & corporis, & mentis nostræ munditiâ. Quod effatum S. Fundatoris satis videri poterat; sed quoniam ea quæ huic virtuti adversantur, honori Divino, Societatis existimationi, Proximorum auxilio tantoperè adversantur; ad prævertenda hæc pericula nonnulla præterea statuta sunt.

2. Quæ

2. Quæ magna in Societate præsidia sunt ad hunc finem, scilicet Sacramentorum frequentatio, conscientiæ manifestatio, defectuum alienorum delatio, oratio mentalis, duplex examen, frequens librorum spiritualium lectio, otii fuga, studiorum labor, sobrietas, pœnitentiæ, castitatis in iis, quibuscum vivimus, exemplum, aliaque mox referenda, si non negligantur, permirum est hominem labi posse. Ut ex Novitiis manifestè constat, qui licèt minùs in virtute confirmati, & sæculi pravis habitibus incitati magis tamen (quod novo suo fervore nihil prædictorum adjumentorum omittant) Divina gratia juvante, in magna puritate conservantur. p

Media ad illam.

3. Quare Superiores 1. diligentissimè provideant; ut subditi spirituales revera sint; procedantque cum omni sinceritate, & desiderio perfectionis; atque auxilia, quæ diximus, non prætermittant. 2. Amputent occasiones, quantumvis ægrè latuum subditum sentiant. Et quamvis nullum subesset periculum; attamen, vel oblocutionum causas præcidisse, permagnum est. Qui minus spirituales sunt, periculis non objiciantur; nec ad speciosa munia promoveantur; quæ caros Externis illos faciunt

Superiorum & Confessariorum studia.

pCl.c.5. §. 1. 2.

ciunt. 3. Si quid usquam accidat (quamvis id leve sit) quod minus rectum videatur; commonefaciant, corrigant, & remedium statim adhibeant. Doceanturque Confessarii, ne ex pia quadam opinione, quam habent de Nostris, venialia omnia esse ducant.

¶ Cl. c. 5. §. 3. ¶ Sciantque inter peccata reservata numerari, quicquid est contra Votum castitatis, quod quidem in actum externum prodeat.

¶ C. 5. D. 51. ¶ Interdictum etiam est Nostris, gravi præcepto, ullo modo probare opinionem admittentem in re Venerea parvitatem materiae. §

¶ C. 9. D. 24.

Custodiatur conversatio Domestica.

4. Domi non sint instrumenta rerum vanarum, ut ad ludendum, & ad Musicam, & Libri profani: nec foeminae admittantur. ¶ Huc spectant modestiae Regulae in Cod. Reg. p. 143. in quibus universè præscribitur; ut in conversatione Nostrorum appareat modestia, & humilitas conjuncta cum religiosa maturitate. ¶ Hu-

¶ P. 3. c. 1. §. 14. L. M. & Reg. Præp. 36. & 73. & Rect. 36. & 71.

¶ P. 3. c. 1. §. 4. & R. M. §. 1.

¶ Hujus etiam gratia nemo alium, quamvis joco, tangat; præterquam in signum caritatis amplexando, cum quis aut abit, aut

¶ R. com. 34.

redit peregrè; * nec ullus cubiculo egrediatur, nisi decenter vestitus; nec dormiat

¶ P. 3. c. 2. E. R. com 12. 13.

sine indusio, aut non coopertus. ¶ Omnes demum diligentissimè curent portas fenestrum suorum ab omni inordinatione

¶ P. 3. c. 1. §. 4. custodire. z

5. Jam

§. Jam ad præcavenda pericula cum Externis. Recens promoti Sacerdotes, per duos saltem annos, ut ordinarii Operarii in Ministeriis non occupentur; atque intra hoc biennium, & post illud, antequam ad mulierum confessiones exponantur, virorum confessionibus audiendis exerceantur. ^a Et universæ Provincialis det operam; ut Confessarii maturi sint ætate, ac multò magis spiritu, & moribus; ii præsertim, qui ad audiendas mulieres mittuntur: quarum confessiones non excipiendæ, nisi ad crates, etiamsi sint puellulæ. ^b Confessionalia patentibus locis constituantur, & sic collocata, ut unus Confessarius sit quodammodo socius alterius. ^c Sacerdotes in audiendis confessionibus præcipuè fœminarum, severos potius se, quàm familiares exhibeant. Extra Confessionem verò, si oportebit eas alloqui, id fiat loco patenti; nec longum sermonem misceant; & oculos modestè demissos habeant. ^d Ut autem hæc accuratius executioni mandentur, immediatus Superior unà cum præfecto Ecclesiæ, Ædituo, & Syndico quopiam secreto, observent, quomodo in Ecclesia præscriptæ ordinationes serventur, & Consultores in suis literis de hoc scribent. ^e

6. At si quando extra Ecclesias cum Fæ-

R

minis Socio.

*Ministerium
Confessarii quo
pacto admini-
strandum.*

^a Or. c. 1. §. 8.
& In. 3. §. 1.

^b C. 7. D. 80 §.
11. 13. & R.
Prov. 100. &
Sac. 15. & In.
3. §. 2.

^c In. 15. c. 2.
§. 4.

^d C. 6. D. 7. &
43. & C. 7. D.
80. §. 13. & R.
Sac. 17. & In.
3. §. 3.

^e In. 3. §. 5. &
In. 15. c. 2. §. 1.
& 7.

*Fœminarum
visitationes per-
rare. & cum
Socio.*

minis agendum sit, hæc serventur. 1. Ne permittantur Nostri mulieres invisere, aut ad eas scribere, nisi in necessitate, aut cum spe magni fructus, vel propter dignitatem aut merita: & hoc quidem liceat tantum

f R. Præp. 72.
& Rect. 70. &
Or. c. 1. § 9.

Viris valdè probatis, & prudentibus. f 2. Quando quis à Superiore mittetur ad Confessiones fæminarum audiendas, vel alia de causa eas adierit; socius eo in loco erit unde videre eos, non autem audire possit, quantum loci dispositio patietur: quod si

g C. 6. D. 43. &
R. Sac. 18. &
In. 3 §. 7.

non pateretur, curet omninò Sacerdos, ne ostium sit clausum, nec locus obscurus. g

h R. Coad. 5. &
Or. c. 4. §. 3. &
In. 15. §. ultim.

Immò in quorumcumque visitationibus, etiam virorum, conentur omnes socium sui testem habere; nisi Personæ dignitas aliud velit. h

Qui non admittunt Socium deferendi, & puniendi.

7. Ac proinde qui socii munere funguntur, sciant se arctissimè teneri, ubi domum redierint, Superiori, etiam non exposcenti, significare, quæcumque contra hanc ordinationem acciderint. Quod nisi præstiterint, gravem poenitentiam subire debent prima vice: secunda verò Generali deferendi; ut is deliberet, quid faciendum de hominibus, in re tanti momenti, Societati parùm fidelibus. i Sacerdotes etiam, qui has Regulas non servaverint, feriis monitionibus, & poenitentiis primò coërcendi, &

i C. 6. D. 43. &
R. Coad. 5. &
In. 15. cap. 2.
§. post. 9. 1. & 2.

& aliquando præcepto Obedientiæ. Quod si locus, ubi Infirmæ jacent, ita angustus sit, ut non admittat Socium, dispiciat Superior, qui statim de hac re monendus, num illo redeundum sit, vel potiùs ea cura Parochis relinquenda. /

8. Præterea vetitum Nostris est, curam suscipere mulierum religiosarum, vel aliarum quarumcumque: ita ut illarum confessiones audiant, vel ipsas regant: neque ad id cogi possumus. Et sicubi opus fuerit, Summus Pontifex rogandus, ut hanc Constitutionem infringi minimè patiatur. Non repugnat tamen semel unius Monasterii confessiones audire, & aliquando apud eas concionari; quod tamen non fiet, nisi postulent, ii qui præsunt. At non liceat ad Monialium ægotantium confessiones excipiendas intrare cœnobia. °

l In 3. §. 7.

Interdicitur cura mulierum Religiosarum.

m P. 6. c. 3. §. 5. & Paul III. p. 44. R. Præp. 47. & Rect. 68. & C. 7. D. 56. & C. 8. D. 11.

n P. 6. c. 3. §. 5. & Regulæ proximè citatæ.

o Or. c. 2. §. 11.

S E C T I O III.

De Obedientia.

1. **O**bedientia tum in executione, tum in voluntate, tum in intellectu debet esse in nobis omni ex parte perfecta. p Obedientia autem executionis tunc præstat, cum res iussa completur: voluntatis,

Triples Obedientia Gradus, & ad summum enitendum est.

p P. 3. c. 1. §. 23. & P. 4. c. 10. §. 3. & P. 6. c. 1. §. 1. & Cl. c. 4. initio.

tis, cum ille, qui obedit, id ipsum vult, quod qui jubet: intellectus demum, cum quod jubetur, benè juberi existimat. *q* Ad quam Obedientiæ perfectionem consequendam omnibus maximè commendatum sit; ut multum reverentiæ, & præcipuè in interiori homine, suis Superioribus exhibeant; ut qui JESUM CHRISTUM in eisdem confiderent, ac revereantur, eosdemque ex animo ut Patres diligant. *r* Jam ut de Executione, quæ sub disciplinam cadit, agatur *i.* videndum, quibus obediendum sit, *2.* circa quam materiam, *3.* quis modus tum jubendi, tum parendi servandus.

Quibus obediendum, & in cujus gratiam.

s Paul. III. p. 10. & Jul. III. p. 62. & P. 6. c. 1. §. 1. & p. 7. c. 3. §. 1. & P. 10. B.

2. Quoad primum attinet, erit infra locus, nempe Part. 7. enumerandis classibus Superiorum Societatis, quibus obediendum est, præter Summum Pontificem; cui peculiariter inservire & obedire debet Societas, & hæc ejus prima, & summa obedientia statuitur. *s* In citata etiam parte exponetur, quanto perè hæc Superiorum ad invicem perfecta subordinatio custodienda sit, ex præscripto Constitutionum, & præsertim earundem Part. 8. Cap. 1. Illudque huc revocandum, necessarium esse, ut Superiorem loco Christi Domini Nostri agnoscen-tes multa reverentia, & amore eum prosequantur; quicumque demum ille sit, vel

totius Societatis, vel Domus Superior, vel ex subordinatis Officialibus, qui ex illo auctoritatem acceperint.

* 3. At si quis ex Fratibus Ministro aliquid jubenti, licet non præcepto in virtute S. Obedientiæ, diceret, *Nolo facere*, incidit in casum Superiori reservatum, & qualis est etiam Inobediencia quæcumque alia & expressa, quâ quis asserit se nolle parere.

† 4. Præter eos, ad quorum officium aliqua ratione pertinet, nemo alterius cuiuspiam è Nostris negotium tractandum, & expediendum suscipiat. Quod si quid proponendum videretur; id non nisi zelo boni communis, aut spiritualis consolationis alicujus, reque prius Domino commendata, præstet. y At absolutè prohibetur, ne quis Principem, Communitatem, aut hominem quemvis magnæ auctoritatis ad petendum aliquem de Societate moveat. z Ad cuius Constitutionis confirmationem, propter proserpentia Externorum patrocina, cum sæpius actum esset de aliquo efficaciori remedio statuendo; Primò decretum est; eum, qui Externos sibi, aut alteri patronos, aut intercessores apud Superiores parasse deprehensus fuerit, pro delicti qualitate puniendum; ut vel à prætensa re omninò excludatur; vel ad certum tempus

Paul. III. p. 13. & Jul. III. p. 65. & Ex. c. 4. §. 29. 30. 31. & P. 3. c.

1. §. 2. 24. & P. 4. c. 10. §. 5. & 8. & P. 6. c. 1. §. 1.

* *Qua gravis inobediencia.*

u C. 7. D. 45.

x C. 5. D. 51.

† *Intercessiones quatenus permessa aut vetita.*

y Or. c. 4 §. 12.

& Cl. c. 4 §. 4.

z P. 7. c. 2. K.

ab omni in Societate dignitate obeunda removeatur; vel voce tam activa, quam passiva privetur; vel alia poena mulctetur. Conscii verò parari has intercessionem, & si non emendatas, vel pro se, vel pro aliis, tenentur eas indicare Superioribus, & quantum in ipsis est, impedire. Quod si neglexerint, superiorum arbitrio & ipsi puniendi.

a C. 5. D. 14.
& 49. & C. 7.
D. 20.

a Postmodum cum impositum aliquibus Provinciis Præceptum à P. N. Mutio in hac materia, expensum fuisset in Congregatione octava, illi suum robur relictum est; quatenus in virtute S. Obedientiæ, & sub peccato mortali prohibet; ne quis ad obtinendum, vel impediendum quidpiam, tam circa locum, quam circa occupationem suam, vel aliorum de Societate, procuret, vel admittat intercessionem, aut patrocinia Externorum, vel eorum operâ ulatenus utatur apud Superiores; exceptis dumtaxat iis, qui ratione universalis curæ in Ecclesia auctoritatem habent. *b*

b C. 8. D. 24.

Explicatio præcepti lati contra Intercessionem.

5. Hoc tamen præceptum postea mitigatum est, abrogando eam partem, quæ vetabatmittere intercessionem: quod verò pertinet ad illas non procurandas, ita intelligendum; ut sermo tantum sit de intercessionibus, quæ liberam Superioribus gubernationem non relinquunt. *c* Tales autem

c C. 9. D. 24.

cen-

cenferi debent; quæ Superiores impediunt; aut ſaltem difficilem eorum gubernationem reddunt, quò minus pro ſuo iudicio, ac voluntate, juxta Inſtitutum noſtrum, de rebus, & perſonis ſibi ſubjectis diſponant. Ac denum, ut remedium univerſale contra hujusmodi peſtem pro tota Societate conſtitueretur, illud præceptum ad omnes Provinciæ extenſum eſt. *d* Inſuper declaratum, eos qui emendicato Externorum auxilio contra Superiorum voluntatem, novarum Provinciarum erectiones extorquere cogantur, eſſe Societatis perturbatores, & ſubjectos omnibus perturbatorum poenæ. Perturbatores autem hujusmodi contra Inſtitutum, & Gubernationem novaſolientes, & inquirendi ſedulò, & ſeveriſſimè puniendi. *f*

6. Quæ deferant potius omnes ad Superiorem ſum res, quæ eis expetendæ occurrerint nec privatus quiſpiam directè, vel indirectè ſine ejus facultate, & approbatione Summo Pontifice, nec ab alio extra Societatem, gratiam ullam, ac ne Miſſiones quidem, in ſuum privatum, vel alterius uſurpetat, aut petendas curet; ſibi que perſuade, ſi per Superiorem ſuum, vel cum ejus conſu, quod optat, non obtinuerit; ne idem ad Divinum ſer-

d C. 10. D. 18.

e C. 9. D. 5.
f C. 5. D. 54. &
 C. 6. D. 2. &
 C. 9. D. 25. &
 Paul V. p. 305.

*Commendatur
 dependentia à
 Superioribus è
 Societate.*

g Paul. III. p. 12. & Jul. III. p. 64. & P. 6. c. 1. § 3. & P. 7. c. 1. § 2.

vitium convenire. 2 Et ut vigor discipline hujusmodi melius conservetur, voluit Summus Pontifex, ut à correctione Regulæ appellari, aut talis appellatio admitti seu ab officiis absolutio, aut privatio peti non possint. Et tam Generalis, quàm alii inferiores Præpositi Nostros, Ecclesiarum Prælati in Socios, aut ad ullum eorum ministerium deputare minimè teneantur; nisi auctoritate S. Sedis: & deputati sub Ordinis correctione existant; & eosdem removere possint. Qua etiam facultate pollent erga eos, qui ad prædicandam Cruxem, vel ad inquirendum contra hæreticam pravitatem, & similia, missi fuerint ^h

h Paul. III. p. 39.

Et ab immediatis in sancta simplicitate,

i C. 6. D. 27. §. 2. 3. 4. & R. com. 23. & R. Conf. 7. & form. scrib. §. 10. & In. 9 §. 5. 6. & In. 18. §. 12.

l R. com. 21.

7. Quin & ad Superiores medtos intra ipsam Societatem non debent facile recursus aut patere, aut nimis prodesse. Quod si rei gravitas aliud suadeat; tunc exponendum est, cur, à Superiore immediato id aut non petatur, aut non coredatur; interimque huic parendum. Intererea quæ à Superioribus circa administrationem agenda sunt, nemo curiosè, aliis exquisitat, aut conjecturam faciendè, de iis sermonem misceat: sed unusquisque sibi, ac muneri suo attendens, quidquid de se, atque aliis constituendum erit, nunquam de manu Dei expectet. l

8. Ipsa

8. Ipsa verò Obedientiæ materia, circa quam exerceri debent homines Societatis, latissimè patet: nam comprehendit omnia ea, in quibus nullum est manifestum peccatum; quantumvis difficilia, & secundùm sensualitatem repugnantia, si præcipiantur. Immo debet aliquando Superior occasionem præbere exercendæ Obedientiæ, tentando subditos eo modo, quo Deus tentavit Abraham; servata tamen proportione discreta, juxta uniuscujusque vires. *m* Quapropter ea tantùm intelligenda sunt constituere posse Nostræ Obedientiæ materiam, quæ ad propositum Societati finem conducunt. *n* Quæ quidem amplissimè Obedientiæ materia extraordinaria dici potest; quando nempe Superior jusserit. At ordinaria, ad quam speciale Superioris mandatum non requiritur, est omnium Constitutionum & Regularum absoluta & perfecta observatio.

9. Circa obediendi verò modum exteriorem (nam de interiori supra dictum est) 1. non expectandum Superioris imperium, sed etiam in rebus non obligatoriis, ubi tantùm signum voluntatis ejus appareat, obediendum est. 2. Promptissimi sint ad parendum Superioris voci, aut campanæ signo, re quavis, atque adeo litera inchoata, nec-

Materia obedientiæ amplissima.

m Paul III. p. 13. & Jul. III. p. 64. & P. 3. c. 1 §. 23. & V. & P. 6. c. 1. §. 1. & B.

n Paul. III. p. 13. & P. 9. c. 3. §. 20. & P. 6. c. 1. §. 1. & c. 5. §. 3. & P. 10 §. 13. & C. 4. D. 22.

Obediendi ratio.

& P. 4. c. 10. §. 9. & R. com. 15
q P. 3. c. 1. §. 23.
& P. 4. c. 10. §. 5. & P. 6. c. 1. §. 1.
r Ex. c. 8. A. & P. 3. c. 2. §. 1.
& P. 5. c. 4. F. & P. 7. c. 2. I.

Quod Genus obligationis inducatur ex Obedientia.

s P. 6. c. 5.

Qua jubendi forma.

necdum perfecta relicta. p3. Obedientia prestanda, sine excusationibus, & murmurationibus, immò cum spirituali gaudio, & perseverantia. q His autem non repugnat, post orationem proponere simpliciter Superiori, quæ in contrarium occurrunt; subjiciendo suum sentire, & velle ei, quem Christi Domini nostri loco quis habet. r

10. Quis verò sit in jubendo modus servandus, distinctius tractabitur infra Part. 6. & 7. ubi de Superiorum obligationibus agendum erit: id tantum hic videtur adjungendum. Licet tantoperè exoptet Societas universas suas Constitutiones observari, cum tamen cupiat suos omnes securos esse, vel certè adjuvari, ne incidant in laqueum ullius peccati: visum est, exceptis Votorum obligationibus, nullam Constitutionem, vel ordinem ullum vivendi posse obligationem ad peccatum mortale, vel veniale inducere, nisi Superior ea in Nomine Domini N. JESU-CHRISTI, vel in virtute Obedientiæ juberet: & loco timoris offensæ succedat desiderium omnis perfectionis. r

11. Et universè conferet circumspicere, & ordinatè præcipere, eo modo curando subditos in Obedientiæ officio continere, ut Superior omni benevolentia, & modestia, & caritate in Domino, quod in ipso est,

est, utatur : ita ut subditi se potius ad dilectionem majorem, quam ad timorem suorum Superiorum possint componere ; quamvis aliquando utrumque sit utile. † Hæc autem B. Patris admonitio locum non habet, cum iis, qui plerumque difficiles se Superiori præbent ; longèque distant à perfectione Obedientiæ in Constitutionibus descripta. u

P. 3. c. 1. N. & P. 8. c. 1. G.

u Cl. e. 4. §. 9.

S E C T I O I V.

De reddenda ratione Conscientiæ.

I. **O**bedientiæ Voto aptè subditur tractatio de aperienda Conscientia, quia maximè hæc refertur ad Obedientiam. Quantò enim exactius Superiores omnia, siue interna, siue externa suorum noverint, tantò majori cum diligentia, amore, & sollicitudine eos juvare poterunt ; nec in periculis, vel laboribus gravioribus, quàm in Domino ferre suaviter possint, illos constituent. x Opportunè etiam post Vota Religionis substantialia collocatur medium unum ex substantialibus nostri Instituti ; qualis est obligatio reddendi Superiori rationem conscientiæ suæ. y Est igitur res apprimè necessaria, & accuratissimè nobis à S. Fundatore commendata, z & ex qua benè

Utilitas & momentum hujus medii.

x Ex. c. 4. §. 34. 35. & P. 3. c. 1. §. 12. & P. 4. c. 10. §. 5. & P. 6. c. 1. §. 2. & C. 4. D. 40. & In. ad red. rat. consc.

y C. 5. D. 58.

z In. ad. red. rat. con. & In. 11. §. 1.

& 3. & In. 13. *benè transacta ingentes utilitates percipiuntur. a*
c. 2. §. 2.

Quoties reddenda conscientia ratio.

2. Quicumque igitur hanc Societatem in Domino sequi volet, sub sigillo Confessionis, vel secreti, vel quacumque ratione ei placuerit, debet conscientiam suam magna cum humilitate, & caritate manifestare; re nulla, qua Dominum universorum offenderit, celata: & totius antea vitæ rationem integram, vel certè rerum majoris momenti Superiori, qui tum fuerit Societatis, vel cui ex inferioribus ille injungeret, reddat. Et sexto quoque mense rationem hanc sui, ab ultima, quam reddiderit, incipiendo, quisque reddet. Sic etiam videtur quod Coadjutores formati, & Professi, singulis annis, vel crebriùs si Superiori videbitur, suæ conscientia rationem dicto modo ei reddant. *b*

b Ex. c. 4. §. 34.
& c. & P. 3. c.
1. §. 12. & P.
4. c. 10. §. 5. &
P. 6. c. 1. §. 5.
& R. com. 4. &
R. Pro. 131. &
R. Præp. 23. &
R. Rect. 22.

De quibus reddenda.

3. Nullam igitur debent celare tentationem, quam Præfecto rerum spiritualium, vel Confessario, vel Superiori non aperiant: immo verò, totam animam suam illis integrè manifestam esse, pergratum habeant. Nec solùm defectus aperiant, sed etiam poenitentias, & virtutes omnes; *c* & præterea quæ Provincialis in Visitatione duxerit interroganda. *d* Porro distinctior enumeratio eorum quæ aperienda sunt, dum reddi-

c P. 3. c. 1. §.
11. 12. & Q.
d R. Prov. ult.

redditur conscientia ratio, habetur in In-
structione ad hanc ipsam rem confecta, quæ
codici Regularum inserta est, pag. 144.

4. Atque ut hæc rectè fiant, maximè
necessarium est; ut Superiores rem promo-
veant, & 1. curent, ut ab inutilibus occu-
pationibus liberi, toti in subditorum suo-
rum internam curam, & spiritualem pro-
fectum omninò incumbant. e 2. Benevo-
lencia, & comitate debent allicere subdi-
tos, ne se totos eis aperire pertimescant;
intelligantque se non iudici, sed Patri ma-
nifestare. f 3. Maximoperè sibi injunctum
sciant, gravissimèque præscriptum, ne hac
notitia ita utantur, ut subditorum animi
offendantur: nihil omninò cuiquam, ac
ne ipsi quidem Generali, seu Provinciali
innuendo. g Et Provincialis inter visitan-
dum diligenter cognoscat de hac Superio-
rum fide; detque operam, ut pro culpæ
gravitate in eum animadvertatur, qui in eo
genere solutior fuerit. h 4. In exhortatio-
nibus crebrò tam sanctum & necessarium
morem inculcent, atque explicent ex Con-
stitutionibus, SS. Patribus, & Theologia.
Et ut minimè cogere debent subditos ad
aperiendam conscientiam extra confesio-
nem; ita summoperè laudandi, qui semo-
tis iis, quæ propriè ad Confessionem per-
tinent, extra Confessionem eam aperiunt. i

*A Superioribus
quo pacto exi-
genda.*

e In. 13. c. 2.
§. 2.

f R. Prov. ult.
& R. Præp. 26.
Rect. 25. & In.
11. §. 1. & 3. &
In. 13. c. 2. §. 2.

g C. 12. D. 15.
& In 11. §. 1. 2.
& Or. c. 1. §.
17.

h In. 11. §. 3.

i In. 13. c. 2. §.
2. 3.